



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CXIII. Johann von Havelberg genehmigt die Stiftung das Altars St. Batholomäi und Mathiä in der Pfarrkirche zu Perleberg, im Jahre 1391.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](#)

CXIII. Bischof Johann von Havelberg genehmigt die Stiftung des Altars St. Bartholomäi und Mathiä in der Pfarrkirche zu Perleberg, im Jahre 1391.

In nomine domini Amen. Nos Johannes, dei gratia Episcopus ecclesie hanelbergen-  
sis, Vniuersis et singulis christi fidelibus, ad quos presentes peruererint, Salutem et sinceram in domino  
caritatem. Quoniam ea, que ad laudem dei et eius cultus augmentum prouide facta nouerimus, vt  
firma et stabilia permaneant, nostre pontificalis auctoritatis expedit presidio communiri; Ideoque tam pre-  
sentis quam futuri temporis hominibus cupimus fore notum, Quod discreti viri domini Gherlacus et  
Nicolaus, fratres, dicti gherlaci, neconon Cristianus Noyden, presbiteri, ad amplificandum di-  
uini officii cultum, altare in honore sanctorum Bartholomei et Mathie apostolorum de nostra ac discreti  
viri domini Johannis bomhower, plebani in Perleberghe, voluntate et consensu intra ecclesiam  
Parochialem opidi Perleberghe de novo construxerunt et exererunt, Ipsumque altare dotauerunt  
quatuor marcarum brandenburgium redditibus, foliendarum singulis annis per consules opidi lentzen  
de fructibus, redditibus, prouentibus et obuentib[us] opidi prenominati in argento vel earum estima-  
tione de alia moneta, in terra Perleberghe visualiter et communiter currente. Jus vero presentandi  
ydoneam personam ad dictum altare, quotiens ipsum vacare contigerit, sibi predicti domini quoad vixen-  
tiret retinuerunt et expresse reseruauerunt. Quibus de medio fublatis domini Jus presentandi in perpe-  
tuum ad consules opidi Perleberghe debere pertinere voluerunt et ordinauerunt. Et si consules opidi  
lentzen se ab annua solutione dictarum quatuor marcārum exonerauerint ac ipsas, prout possint, ex  
forma contractus reemerent, extunc consules opidi Perleberghe taliter ordinare et disponere de-  
beant, vt altarista dicti altaris suis redditibus nullo tempore currente careat. Et vt cum pecunia soluta  
quatuor marcarum redditus per eosdem consules opidi Perleberghe in perpetuum comparantur. Vo-  
lunus etiam vt altarista dicti altaris obsequialis esse debeat plebano in Perleberghe, qui pro tem-  
pore fuerit, secundum laudabilem consuetudinem, quemadmodum alii altariste esse consueuerunt et de  
irent tenentur. Nos quoque dicti altaris erectionem, dotationem ac Juris patronatus retentionem in sin-  
gulis suis clausulis gratas et ratas habentes, eas auctoritate nostra ordinaria approbavimus et in dei no-  
mine confirmamus per presentes. In cuius rei testimonium presentes nostras literas nostri sigilli appen-  
sione iussimus communiri. Datum vii. oct. anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo primo, In  
octana Nativitatis Marie virginis gloriose.

Nach dem vom Superintendenten Liesegang in Perleberg mitgetheilten Originale.

CXIV. Bischof Johann von Havelberg erheilt den Wohlthätern der Nicolaitkirche in Perleberg  
einen Ablaf, im Jahre 1392.

Johannes, dei gratia hanelbergen sis ecclesie Episcopus, Vniuersis et singulis christi  
fidelibus nostre dioecesis, ad quos presentes nostre littere peruererint, salutem in domino sempiternam.  
Splendor paterni luminis, qui sua mundum ineffabili claritate illuminat, pia vota fidelium, de clementia  
maiestatis pie sperantium, tunc precipue fauore benigno prosequitur, cum debita ipforum humilitas sancto-  
rum meritis et precibus adiuuatur. Cupientes igitur ut Ecclesia Beati Nicolai Episcopi et confessoris  
Opidi perleberghe nostre dioecesis congruis honoribus frequentetur et a christi fidelibus iugitur ve-  
neretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam Ecclesiam cum deuocione acceſſerint et